

Directions: Fully parse all the underlined Words. See parsing guide for help.

Interim cum scīret Clōdius—neque enim erat difficile scīre—iter sollemne, lēgitimum, necessārium ante diem trēdecimam Kalendās Februāriās Milōnī esse Lānuvium ad flāminem prōdendum, quod erat dictātor Lānuvīi Milō, Rōmā subitō ipse profectus prīdiē est, ut ante suum fundum, quod rē intellectum est, Milōnī īnsidiās conlocāret. Atque ita profectus est, ut contiōnem turbulentam, in quā eius furor dēsīderātus est, quae illō ipsō diē habita est, relinqueret, quam nisi obīre facinoris locum tempusque voluisset, numquam relīquisset.

Milō autem cum in senātū fuisset eō diē, quoad senātus est dīmissus, domum vēnit; calceōs et vestimenta mūtāvit; paulisper, dum sē uxor, ut fit, comparat, commorātus est; dein profectus id temporis cum iam Clōdius, sī quidem eō diē Rōmānī ventūrus erat, redire potuisset. Ob viam fit eī Clodius, expeditus, in equō, nullā raedā, nullīs impedīmentīs; nullīs Graecīs comitibus, ut solēbat; sine uxōre, quod numquam ferē: cum hic īnsidiātor, quī iter illud ad caedem faciendam apparāset, cum uxōre veherētur in raedā, paenulātus, magnō et impedītō et muliebrī ac dēlicātō ancillārum puerōrumque comitātū.

Milō fit ob viam Clōdiō ante fundum eius hōrā ferē ūndecimā, aut nōn multō secus. Statim complūrēs cum tēlīs in hunc faciunt dē locō superiōre impetum; adversī raedārium occīdunt. Cum autem hic dē raedā reiectā paenulā dēsiluisset, sēque acrī animō dēfenderet, illī quī erant cum Clōdiō, gladiīs ēductīs, partim recurrere ad raedam, ut ā tergō Milōnem adorīrentur; partim, quod hunc iam interfectum putārent, caedere incipiunt eius servōs, quī post erant:

Ex quibus quī animō fidēlī in dominum et praesentī fuērunt, partim occīsī sunt, partim, cum ad raedam pugnārī vidērent, dominō succurrere prohibērentur, Milōnem occīsum et ex ipsō Clōdiō audīrent et rē vērā putārent, fēcērunt id servī Milōnis—dīcam enim apertē, nōn dērivandī crīminis causā, sed ut factum est—nec imperante nec sciente nec praesente dominō, quod suōs quisque servōs in talī rē facere voluisset.

1) scīre (line 1)

7) potuisset (line 11)

2) profectus (line 3)

8) eī (line 11)

3) conlocāret (line 4)

9) faciendam (line 13)

4) relinqueret (line 6)

10) apparāset (line 13)

5) relīquisset (line 7)

11) hōrā (16)

12) animō (18)

6) ventūrus erat (line 10)

13) ēductīs (18)

18) dominō (24)

14) adorīrentur (20)

19) dērīvandī (25)

15) interfectum (20)

20) imperante (26)

16) pagnārī (24)

21) voluisset (27)

17) vidērent (24)



Parsing

Nouns

- 1) Gender
- 2) Case
- 3) Number
- 4) Dictionary Entry (Nom sing, Gen sing)
- 5) **Grammatical Function in Sentence.**

Adjectives

- 1) Gender
- 2) Case
- 3) Number
- 4) Explain 1-3 (Modify?)
- 5) Dictionary Entry (differentiated nominative forms)

Verbs

- 1) Tense
- 2) Mood
- 3) Voice
- 4) Person
- 5) Number
- 6) Principal Parts
- 7) *Justify Infinitives and Subjunctives

Pronouns

- 1) Gender
- 2) Case
- 3) Number
- 4) Antecedent
- 5) Grammatical Function in Sentence

Participles

- 1) Tense
- 2) Voice
- 3) Gender
- 4) Case
- 5) Number
- 6) Justify 4-6 (What does it modify?)
- 7) Verbal Principle Parts

Relative Pronouns

- 1) Gender
- 2) Case
- 3) Number
- 4) Antecedent
- 5) Dictionary Entry (Nom S. all gen.)
- 6) Grammatical Function in Sentence

Conjunctions

- (largely *et*)
- What two things are being conjoined?